

## Graf Bernhard. 1328 – 1347.

Schon früher haben wir ihn mehrfach als Propst zu Schildesche und Dompropst zu Osnabrück kennen gelernt. Nach dem bereits gesagten dürfen wir den Beginn seiner Regierung auf das Jahr 1328 festsetzen, obschon andererseits behauptet wird, er habe die Verwaltung der Grafschaft erst einige Jahre später übernommen. Man schliesst dies wohl daraus, dass er 1332 noch geistliche Würden bekleidete, dann aber der Osnabrückischen Dompropstei entsagte, jedoch bis zu seinem Ableben Propst der Kirche zu Schildesche blieb. Er verschmähte es, in den heiligen Ehestand zu treten, und es lag ihm daher zunächst die Bestimmung der Erbfolge am Herzen. Es waren Bruderkinder weiblichen, und Schwesterkinder männlichen Geschlechts vorhanden. Wie wir schon oben erwähnten erhielt von diesen die jüngere Tochter seines verstorbenen Bruders das Vorrecht.

1330 am 29. Juli verkaufte er als Propst zu Schildesche der Dechantin und dem Convent der dortigen Kirche die Advokatie über den Hof zu Edyssen (Meierhof zu Eissen in der Bauerschaft Alten-Schildesche) wiederlöslich (*Haarland: Urkunde XII, Seite 63*).

Mit dem Bischof von Münster schloss er einen Vertrag, nach welchem er sich entschloss einen Burgmann in Stromberg zu werden. Und zwar unter der Bedingung des bischöflichen Schutzes in allen seinen Rechten und Angelegenheiten.

Am 8. April 1332 (*Lamey: siehe Seite 97*) bekennt er, dass sein Burgmann in dem Schloss Lintberghe, der Knappe Rabodo von Bure vor ihm erschienen sei, und mit seiner und der eigenen Kinder Einwilligung dem Ritter Sweder von dem Busche und dessen Sohn seine in dem gedachten Schloss errichteten Gebäude, seinen Weddeschat (*Bei dieser alten Satzung erhielt der Gläubiger durch gerichtliche Auflassung in der Satzungsgewere das Recht auf Besitz- und Nutzung des Pfandgutes mit Vorbehalt einer Weidereinlösung durch den Schuldner, und zwar gegen Rückerstattung des Kaufschillings*) und alle seine Rechte für sich und seine Erben überlassen habe.

1334 schloss Graf Bernhard mit dem Bischof Ludwig von Minden ein Schutz- und Trutzbündnis auf vier Jahre gegen die von Engelborsten, ein adeliges Geschlecht, das ihnen beiden grossen Schaden getan hatte. Die Veranlassung und der Ausgang dieser Befehdung sind unbekannt. Auch wird derselben in der Mindischen Geschichte nicht erwähnt. Mit einem anderen adligen Geschlechte, der Eifler im Osnabrücker Stift, soll er gleichfalls in Streitigkeiten verwickelt gewesen sein. Doch vermögen wir darüber näheres zu sagen.

Nach einer im Archiv der Königlichen Regierung zu Minden im Original noch vorhandenen Urkunde vom 25. Juni 1334, abgedruckt bei *Lamey Seite 101 ff, Nr. CXII*, trennte Graf Bernhard mit Genehmigung des Bischofs von Paderborn und der Aebtissin zu Herford die Kapelle in Steinhagen von der Mutterkirche zu Dornberg, und erhob sie zu einer besonderen Pfarrkirche.

### CXII.

Bernhardi episcopi Paderborn. literae, quibus capella Steinhagen a matrice sua ecclesia in Dorenberge sejungitur & in parochialem ecclesiam erigitur an. MCCCXXXIV., d. 25 Jun.

In nomine Domini amen. BERNHARDUS Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus salutem omnibus in perpetuum. Proponi fecerunt coram nobis venerabilis domina domina LUTGARDIS abbatissa & capitulum secularis ecclesie Hervordensis, nec non vir nobilis BERNHARDUS comes de Rauensberge quod ecclesia parochialis in Dorenberge & capella sita in Stenhagen, eidem ecclesie subiecta & ad eam pertinens nostre diocesis adeo habundarent in redditibus, quod tam matri ecclesie in Dorenberge quam etiam capelle in Stenhagen tot & tanti essent redditus & proventus de novo deputati & assignati, quod uterque locus possit specialem rectorem commode sustinere & sustentare, & quod due parochiales ecclesie possent constitui in ambobus locis memoratis, asserentes, quod utriusque sexus homines in prefato loco Stenhagen mansiones habentes propter loci distantiam & viarum discrimina tam pro baptisate paruulorum quam aliis ecclesiasticis sacramentis recipiendis, absque difficultate predictam parochialem ecclesiam in Dorenberge frequentare, adire seu accedere & officis divinorum interesse congruo tempore non valerent & quod rector eiusdem ecclesie in Dorenberge ex causis premissis infirmos & debiles in prefato loco Stenhagen degentes non possit oportuno tempore commode visitare, ipisque sacramenta ecclesiastica ministrare, & instanter supplicantes, vt ex causis premissis, tam certis, legitimis & rationabilibus ad divisionem predictorum locorum, scilicet parochie in Dorenberge & eius capelle in Stenhagen, vt sint de cetero due parochiales ecclesie & duo speciales rectores easdem parochias

divisim regentes, procedere & secundum affectum seu desiderium partium supplicantium ad finem optatum perducere, autoritate ordinaria, sicut ad nos de iure pertinet, curaremus. Ut autem honor debitus matri ecclesie in Dorenberge servetur & de indemnitate eidem ecclesie plene caveatur, ordinatum & statutum fuit tam inter dominam Lutgardis abbatissam & ecclesiam suam Hervordensem predictam ex una & presatum nobilem virum Bernhardus comitem de Ravensberge parte ex altera coram nobis, quod rector presate ecclesie in Stenhagen, qui pro tempore fuerit, rectori matri ecclesie in Dorenberge in recompensam sui damni & preiudicii ex nunc in antea soluere debet quatuor marcas, quatuor solidis minus denariorum Hervordie & Bilevelde legalium, nomine perpetue pensionis sub deputatis terminis, videlicet quolibet festo Michaelis viginti solidos, & quolibet festo Pasche duas marcas predictorum denariorum annis singulis affuturis. Distinctionem vero dictarum parochiarum ordinarunt seu constituerunt in hunc modum, quod videlicet apex seu cacumen montis extremi sepe dicte ecclesie Dorenberge, ab australi parte prope domum Lindenhorst adiacentis in viciniori loco censi & haberi debet in antea pro termino & limite intermedio harum duarum parochiarum, ita vt omnes a cacumine montis predicti prope Lindenhorst, ad austrum inferius residentes, aut moram trahentes vel de novo habitationes, domos, aut casas ibidem facientes amplius tanquam veri parochiani ad predictam ecclesiam Stenhagen pertineant temporibus perpetuo duraturis, & quia prefatus Bernhardus comes de Ravensberge predictam ecclesiam in Stenhagen dotavit cum quibusdam certis bonis, de quibus inferius in presentibus litteris sit mentio, ordinatum fuit, inter partes predictas, quod ius patronatus, presentatio, provisio seu collatio huius novelle parochialis ecclesie in Stenhagen apud dominam abbatissam prefate ecclesie Heruordensis, que pro tempore fuerit, alternis vicibus, alternatim vero apud comitem de Rauensberge pro tempore existentem, ratione dotationis debeat perpetuo permanere, eo tamen salvo, quod prefata domina abbatissa predictam ecclesiam in Stenhagen pro sua voluntate pacifice conferat, prima vice, alia vero vice comes de Rauensberge pro tempore existens, pro suo beneplacito, eandem ecclesiam in Stenhagen conserat, & quod sic deinceps & consequenter de presentatione provisione seu collatione predictae novelle parochialis ecclesie in Stenhagen, dum eam vacare contingit, inter abbatissam ecclesie Hervordensis & comitem de Rauensberge pro tempore perpetuis temporibus observetur. Adiectum etiam fuit, quod nulla partium predictorum, videlicet nec comes de Rauensberge neque abbatissa Heruordensis, de presentatione provisione seu collatione ipsius ecclesie in Stenhagen alternata vice ad alium spectante debet se intromittere nec alterum quomodolibet impedire. Ceterum prefatus Bernhardus comes de Rauensberge pro remedio anime sue & animarum progenitorum suorum de expresso consensu omnium heredum suorum prefate ecclesie in Stenhagen, mansum unum situm in parochia Wertere vocatum Brandes gutt in dotem proprietate & omnibus suis pertinentiis & iuribus universis, assignavit, donavit & dimisit, quiete libere & pacifice iure hereditatio perpetuo possidendum. Item Swederus de Busche miles pro remedio anime sue duos mansos in Borde sitos, quos titulo pignoris seu obligationis pro quinquaginta marcis denariorum Heruordie vsualium de comitia Rauensberge hactenus tenuerat, de pleno consensu predicti Bernhardus comitis de Rauensberge & heredum suorum eidem ecclesie in Stenhagen assignavit & donavit, nomine perpetue dotis cum omni iure, quod eidem Swedero & suis heredibus in eisdem mansis combetebat, pensione tamen prefate ecclesie Heruordensi de prefatis mansis dari consueta, hinc excepta. Prefatus etiam Bernhardus comes pure & plane renunciauit omni iuri, quod sibi & suis heredibus in dictis duobus mansis competebat, seu competere possit in futurum annectendo & applicando predictos duos mansos in Borde cum aduocata & omnibus suis iuribus tanquam dotem perpetuam ecclesie in Stenhagen supradicte. Insuper presata domina Lutgardis abbatissa ecclesie Heruordensis de pleno consensu capituli sui proprietatem dictorum duorum mansorum in Borde sitorum ab ipsa in feudo descendentium eidem ecclesie in Stenhagen dedit & assignavit perpetuis temporibus possidendam, salvis tamen suis & ecclesie sue pensionibus inde de iure debitis & dari consuetis, que in libris suis pensionaris continentur. Fuit etiam conditum inter cetera quod rector parochialis ecclesie in Stenhagen, protempore existens, synodos episcopales in Paderbornensis. obseruandas consuetis temporibus debeat visitare & synodos archidiaconales cum rectore matri ecclesie in Dorenberge in loco consueto videlicet in Schildesche obseruare, prout in obseruandis synodis archidiaconalibus fieri est consuetum. Nos igitur Bernhardus episcopus predictus supplicationibus humilibus predictorum partium ex causis legitimis & rationabilibus atque necessariis descendentibus annuere cupientes de consensu archidiaconi loci, Joannis rectoris ecclesie in Dorenberge, domine Lutgardis abbatisse secularis ecclesie Heruordensis patrone eiusdem ecclesie in Dorenberge atque sui capituli prefata loca in Dorenberge & in Stenhagen ab invicem in nomine Domini in his scriptis diuidimus & fegregamus, statuentes, vt fint de cetero due parochie inter se diuise & distincte, & duo presbiteri easdem parochias regentes, qui in singulis locis & parochiis diuisim speciales sepulturas habeant & administrationem omnium sacramentorum, prout in aliis parochiis nostre diocesis generaliter fieri est consuetum, iure nostro & loci archidiaconi excepto & in omnibus semper saluo, & quod inter sepe dictas partes supra conscriptas circa premissa omnia & singula prouide & rite factum est, approbamus, authorisamus, confirmamus & presentis scripti nostri testimonio comunimus, & ad

perpetuam rei memoriam sigillum nostrum maius dependens ad preces partium predictarum, vna cum sigillis archidiaconi loci presens factum approbantis, nec non venerabilium personarum domine Lutgardis abbatisse & capituli ecclesie Heruordensis & Bernhardus comitis de Rauensberge, Joannis rectoris ecclesie in Dorenberge ac Swederi de Busche militis predictorum presentibus est appensum. Et nos archid. sedis Lemgo pro testimonio nostri consensus ad premissa requisiti, atque adhibiti, sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Nos vero Lutgardis. Dei gratia abbatissa nec non preposita decana totumque capitulum se culare ecclesie. Hervordens. prenotate intestimonium nostri consensus circa omnia & singula premissa adhibiti sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Et nos Bernhardus comes de Rauensberge sepedictus recognoscimus omnia & singula conscripta superius esse vera, & pro testimonio ipsorum presentem litteram appositione sigilli nostri fecimus roborari. Et ego Johannes rector ecclesie in Dorenberge, premissis omnibus consentiens etiam pro testimonio sigillum meum apposui huic scripto. Ego vero Swederus de Busche miles prefatus presentibus recognosco quod predictos duos mansos in Borde sitos cum omni sui iure, quod mihi & meis heredibus competebat in eisdem, prefate ecclesie in Stenhagen perpetuo dimisi & donauit sicut superius est conscriptum, & in huius donationis testimonium presentem litteram duxi sigilli mei munimine roborandam.

Datum in crastino beati Joannis baptist. anno Domini 1334.

Mit dem Bischof Bernhard von Paderborn, welcher das Stift zu Bielefeld mit Abgaben belegt, um mehrere mit Pfand gegebene Schlösser wieder einzulösen, verglich er sich dahin, dass der Bischof versprach für die Zukunft dergleichen Abgaben nur mit ausdrücklicher Genehmigung des Grafen zu erheben.

1336 verkaufte er den Zehnten in Berghausen im Kirchspiel Borgholzhausen für 143 Mark Osnabrücker Pfennige.

1337 übergab er dem Werner Todrank, als er ihn zum Burgmann aufnahm, die Zehnten in Osterwedde in parochia Versmele oder Versmold als Burglehn (*Culemann: Rav. Merkwürdigkeiten*).

1338 traf Graf Bernhard wegen der vielfachen Fehden, denen jeder in jener Zeit ausgesetzt war, dem auf drei Jahre vereinbarten Schutzbündnisse und Landfrieden zwischen dem Erzbischof von Köln, den Bischöfen Gottfried zu Osnabrück, Bernhard von Paderborn, den Grafen Adolf von der Mark, Wilhelm von Arnsberg, Heinrich von Waldeck, Simon von der Lippe, wie den Städten Osnabrück, Münster und Soest (*von Steinen: Tom I, Seite 204*).

In demselben Jahre verkaufte Bernhard seine Güter in Peckeloh, Parochie Versmold, dem Kloster Marienfeld (wahrscheinlich die Höfe Wiltmann, Pieper, Bramert und Bökmann).

Aus Geldmangel verkaufte Otto I. von Rietberg im Jahre 1339 alle zu Rietberg gehörigen eigenen Leute, welche auf dem Oerlinghäuser Bergen und jenseits derselben wohnten, an seinen Blutsverwandten, dem Grafen Bernhard von Ravensberg für 16 Mark, und räumte diesem darüber unwiderruflich die freie Verfügung ein (*Culemann: Rav. Merkwürdigkeiten I, Seite 21 + 22; Lamey: siehe dort Seite 97, Nr. 108; Rosenkranz: Rietberg Seite 48*).

Aus der nun folgenden Zeit liegen nur Briefe über Verpfändungen und Verkäufe vor, wie denn Graf Bernhard einenteils als verschwenderisch, andernteils als sehr freigiebig geschildert wird. Bei seinem Tode hinterliess er beträchtliche Schulden.

1345 traf er einen Tausch mit dem Grafen Nicolaus von Tecklenburg und dem Bischof Gottfried von Osnabrück über einige Dienstmannen.

1346, am 25. Februar vertauschte er dem Dechant und dem Kapitel der Kirche zu Bielefeld für den Hof zu Nolle in der Pfarrei Dissene seinen Zehnten zu Steinhagen (*Haarland: Urkunde XVII*).

Am 13. März desselben Jahres verbriefte er einer Jungfrau Druden von Wellede ein Haus und Wort auf der Neustadt Bielefeld (*Haarland: Urkunde XVIII*).


1347 aber am 12. September bekennt Bernhard noch urkundlich dem Ritter Albert Vinke, wegen der an das Schloss Ravensberg verwandten Baukosten 50 Mark schuldig geworden zu sein (*Haarland: Urkunde XIX; siehe cod. Diplom. Ravensbergensis*). Die genannte Angabe ist nach jetziger Zeitrechnung. Die Urkunde sagt:

„Desse Bref isgegeven na Godes bort drutteyn hundert jar in deme sesse unde vertigsten Jahre des dinnedages na unser vrowen dage also se gheboren wart.“

So wird denn das Jahr 1346 gemeinhin als das Todesjahr des Grafen Bernhard bezeichnet, da sich weitere Urkunden nicht finden. Mit ihm schliesst die Reihe der eigentlichen Grafen von Ravensberg. Mit ihm erlosch der Mannesstamm aus der Familie Calvelle oder Calberlage, und die Grafschaft kam an das Haus Jülich-Berg.

Die Nachteile, welche dem Lande aus dem Uebergang an ein auswärtiges Regentenhaus erwachsen, sind schon mehrfach an anderm Ort berührt worden. Der unmittelbare Einfluss der Regenten verminderte sich dadurch bedeutend. Der Wohlstand der Bewohner sank je mehr und mehr unter den Statthaltern und anderen Beamten, die oft mit grosser Willkür verfahren. Nur die Stände setzten dem Treiben mitunter einen Damm entgegen, namentlich wenn es sich um neue Steuern und besondere Lasten handelte. So erlebte die Grafschaft weder unter den Herzögen von Jülich und Berg noch unter denen von Cleve, Jülich, Berg und Grafen von der Mark viele gute Tage. Erst nach Beendigung des sogenannten Jülich-Clevischen Erbfolgestreites und unter dem milden Szepter der Hohenzollern beginnt eine neue Blütenperiode für unsere teure Heimat. Zwar liess es sich anfangs nicht so an, denn unter Johann Sigismund von Brandenburg und während der Kämpfe um das Erbrecht mit Pfalz-Neuburg sah es traurig im Lande aus. Es musste viel Kriegselend erdulden. Noch mehr aber im dreissigjährigen Krieg unter dem Kurfürsten Georg Wilhelm. Der grosse Kurfürst aber, Friedrich Wilhelm, sorgte für sein liebes Spinn- und Linnenland aufs väterlichste. Mit festem Willen und starker Hand griff er in die damaligen Verhältnisse ein. Er setzte sich endgültig mit Pfalz-Neuburg auseinander, und betrieb die Räumung seiner Länder von fremden Söldlingen. Er setzte jeder Willkür Schranken und ordnete die Rechtspflege durch eine besonders eingerichtete Regierung. Dabei kam er oft selbst in die Grafschaft, hielt sich darin längere Zeit auf und sorgte auf alle Weise für das Aufblühen derselben.

Seit Oktober 1609, wo sich die Stände der Grafschaft Ravensberg auf dem Landtag zu Jöllenbeck versammelten, um dem ersten Regenten aus dem Hause der Hohenzollern, dem Kurfürsten Johann Sigismund von Brandenburg, den Eid der Treue und des Gehorsams zu leisten. Bis auf die heutige Stunde hält das Ravensberger Volk fest und mit hingebender Liebe an dem Hohenzollernhaus. Es steht, dem Brauche seiner Väter gemäss, unverbrüchlich zu Kaiser und Reich. Und in den Hütten wie in den Palästen ertönt der dankbare Jubelruf:



„Es lebe der Kaiser und das Hohenzollernhaus!“